



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis, De Varietate//
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 231

VII Quod q[ui] poenis purgatorijs sunt deputati, pro eis in hac vita
supplica[n]te Eccl[es]ia expiatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29814

HAY. DE VARIET. LIB

rum & flagitiorū diuturnorū mercantur eterno igne puniri. Sed qui hoc credunt, licet catholici sint, tñ humana quadā bñuolentia mihi falli videntur. Ea em̄
Gala. 5. fides saluare pōt, de q̄ Pau. apost. ait: In Christo Iesu neq; circuncisio quidq̄ valet neq; p̄putiū, sed fides q̄ per dilectionē operatur. Si aut̄ male operatur, p̄culdubio fm̄ Iacobū ap̄lm̄ mortua est in semetipsa: qui
Iaco. 2. rursus ait: Si fidem dicat quis se habere, opa aut̄ nō habeat nunquid poterit fides saluare eū? Porro autē si hō sceleratus, p̄pter solā fidem per ignē saluat̄, & sic est accipiendū q̄d ait beatus Pau. apo. Ipse aut̄ saluus erit, sic tñ quasi per ignem. Si poterit ergo saluare fides sine opibus, & falsum erit quod dixit ei⁹ coa
I. Cor. 3. postol⁹ Iaco. falsumq; erit & illud quod idē ipse Pau
I. Cor. 6. P: Nolite (inquit) errare. Neq; fornicatores, neq; idolis seruiētes, neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorū cōcubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebriosi, neque maledici, neq; rapaces regnū dei p̄ssidecunt. Si em̄ in istis perseuerātes criminib⁹, tñ prop̄ fidē Chrī salui erunt, quomodo in regno dei non erunt?.

Quod, qui p̄cenis purgatorijs sunt deputati pro eis in hac vita supplicante ecclesia expiatur.

Caput VII.

SPiritus illi qui non tam perfecte sanctitatē hinc exeunt ut ire in paradysum statim post dispositionē suorū corporū possint, nec tam criminosè ac damnabilē viuunt, ut ita in suis criminibus perseuerent, ut cum diabolo & angelis eius dānari mereantur, ecclesia pro eis hic efficaciter supplicante à p̄cenis

LIBER TERTIVS.

medicinalibus expiati, corpora sua cum beata immortalitate recipient, ac regnicælestis facti participes, in eo sine vlllo defectu suæ beatitudinis pmanebunt.

Quod aliqui iusti, vt de corpore exeunt statim beata requie suscipiuntur, alij flâmis ignis purgatorij excipiuntur. Cap. VIII.

SVnt plures in Ecclesia iusti qui post carnis solutionē, continuo beata paradisi requie suscipiunt, expectantes in magno gaudio, in magnis congaudentiū choris, qñ recepto corpore veniāt & appareant añ faciē dei. At vero nōnulli propter bona quidem opera, ad electorū sortē pordinati, sed ppter mala aliqua, quibus polluti de corpore exeunt, post mortē seuerè castigandi excipiunt flâmis ignis purgatorij, & vlvscq; ad diē iudicij lōga huius examinationē à vitiorū sorde mūdant, vlcerte prius amicorum fidelium precibus, elemosynis, ieiunijs, fletib⁹, & hostiē salutaris oblatiōibus absoluti pœnis, & ipsi ad beatorum perueniunt requiem.

Quod animæ fidelium defunctorū, si culpæ insolubiles non sunt, pietate suorū viuentium adiuantur, cum pro illis sacrificium, & cætera bona offeruntur. Cap. IX.

TEmpus illud inter hoīs mortem & vltimā resurrectionē interpositū est q; animæ in abditis receptaculis cōtineātur, sicut vnaquæq; digna est, vel requie vel erūna, p eo quod sortita est in carne dum viueret. Neq; negandum est defunctorū animas pietate suorū viuentium non releuari cū pro illis